

Tractatus

Prima est. Quocumque relatum recipitur referat ad terminum discretum huiusmodi de suppositione cum suo ante ut fortis diligit se ibi relatum recipit cum se supponit discrete sicut suum ante. eo quod loco talis relatum potest reperiri ante cum omnia sua dispositione. **S**ecunda regula est. Quocumque relatum recipitur referat ad terminum non sumptum universaliter. habet eandem suppositionem cum suo ante. ut homo videt se quod loco talis relatum etiam licet reperiri suum ante cum omnia sua dispositione. ut homo albus videt se hodie albus. **T**ercia regula relatum recipitur relatum ad terminum eodem sumptum universaliter supponit per quibus supposito sui antecedentis sigillatim et divisim non coniunctim. ut omnis homo videt se ibi se supponit per quolibet supposito sui antecedentis sigillatim. eo quod sub tali relatio fit recessus sigillatim ad inferiora supposita ipsi antecedentis. et non coniunctim ut patet sic subsumendo omnis homo videt se fortis est homo ergo videt se. et non debet sic subsumi. omnis homo videt se ergo omnis homo videt se omni hominem. Quia loco illi relati non potest poni antecedens suum cum omnia sua dispositione. Supponit igitur talerelatum eadem specie suppositionis puta confuse et distributive sed non eodem modo. sicut suum antecedens. quod suum antecedens supponit confuse distributive coniunctim sed relatum sigillatim. Et ratio est quia relatum reciprocum ratione sue reciprocationis im portat maximam certitudinem que repugnat universalitati et conitati terminis que explicat per signum universale. et quod tale relatum recipitur im portat tale certitudinem significat incoequens declinatio eius cum aliis personis prime et secunde personarum. **Q**uarta regula est relatum substantie divinitatis supponit per alia re in numero cum suo antecedente ut fortis currit et alii movetur. Et ex hoc fundamento posterior dicitur. sophisma istud omnis homo et alius homo sunt simpliciter esse falsum. **Q**uinta regula est relatum accidentis identitatis supponit per eadem dispositione vel per eodem in specie cum suo antecedente ut fortis est albus qualis est plato. **S**exta regula est relatum accidentis divinitatis supponit per diversa dispositione in specie cum suo antecedente ut fortis est albus et alteri omni est plato. **S**equitur regule primae modernos de suppositione relatiuum. que non per omnia personant veritati et dictis antiquorum et antequam ponantur. **N**otandum est quod duplex est relatio. scilicet personalis et impersonalis sive simplex. Impersonalis siue simplex est quando relatum substantie ydentitatis non supponit per eodem numero cum suo antecedente. ut femina dicitur portam vite que referat. Et ista ut patet in impedimentis fit septem

modis et omnes tales orationes de virtute sermonis sunt falsae de bonitate intelligentis sunt vere. Relatio personalis est quando relatum substantie ydentitatis supponit pro eodem cum suo antecedente. Et hoc fit in generali tribus modis. scilicet materialiter relative simpliciter relative. et personaliter relative. **P**rima igitur regula est quando antecedens supponit materialiter pro se vel sibi simili. tunc relatum illud antecedens referens potest supponere materialiter vel relative. Exemplum ubi supponit per se est ut speculum est nomen et illud est trisyllabum. Si autem diceretur et illud est pulchrum. iam esset suppositio personalis. Exemplum secundi ut amo est verbum. illud est prime persone. Si diceretur et illud est nomen tunc non supponeret pro eodem quia antecedens supponit materialiter pro sibi simili. et relatum referat ipsum et supponit pro se ipso. Et ibi considerandum est quod relatum supponit quandoque materialiter. ut homo currit. et ille est pronomen. ibi ille supponit materialiter pro se ipsa voceet non relative quia non facit mentionem de re prius dicta. **S**ecunda regula est quando antecedens supponit simpliciter lunc relatum illud referens potest supponere simpliciter relative. ut homo est species et ille est predicabilis de pluribus. Si autem dicitur homo est species qui disputat. iam est relatio impersonalis. quia non supponit pro eodem numero. **T**ercia regula est quando antecedens supponit personaliter. tunc relatum illud referens relatione personali. potest supponere pro eodem personaliter relative. Unde relatum nunquam supponit personaliter relative nisi supponat pro significatis ultimis sui antecedentis. ut homo currit et ille disputat.

De ista suppositione sunt multe regule speciales.

Prima regula de suppositione relatiuum personalis est ista. Relatum substantie ydentitatis nunquam solus supponit pro illo pro quo verificatur suum antecedens. vel tenotatur verificari. ita quod etiam relatum pro eodem verificetur si verificetur sicut ad hoc quod ista copulativa sit vera. homo currit et ille disputat. oportet quod secunda pars verificetur pro eodem pro qua prima pars et ita est ista homo est species qui predicatur de pluribus et aial est homo quod est irrationale. asinus est aial et illud est homo. et homo est species que currit. in quibus relatiua supponit eo quod antecedentia verificant. **S**ecunda regula est re-